

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6338

Auteur(s) : Rouen (official)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Lô (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1261

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Accord devant l'official de Rouen entre le curé de Sainte-Colombe et le chapitre de Saint-Lô, relatif aux dîmes de Sainte-Colombe.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XV h, p. 321-322.

Texte établi d'après a

Omnibus hec visuris officialis rothom. salutem in Domino. Noveritis quod cum contentio verteretur inter viros religiosos Robertum priorem sancti Laudi Rothom. et eiusdem loci conventum ex una parte et Galterum presbiterum Sancte Columbe nomine suo et ecclesie sue predictae ex altera videlicet super hoc quod dicti religiosi petebant nomine suo et prioratus sui antedicti decimas fructuum crescentium in omnibus clausis in dicta parrochia existentibus et in terris de elemosina dicte ecclesie et in quodam campo qui vocatur les Costières de la Buscalle que dicti religiosi dicebant ad se pertinere debere, dicto presbitero contrarium asserente. Et dictus presbiter petebat decimas fructuum crescentium in novis essartis in dicta parrochia existentibus quos dictus presbiter dicebat ad se et ecclesiam suam predictam pertinere debere, dictis religiosis contrarium asserentibus. Tandem super omnibus premissis de consensu dicti Galteri presbiteri et Iohannis Confesse clerici procuratoris ditorum religiosorum per litteras procuratorias sigillis ditorum religiosorum sigillatas ut prima facie apparebat, habentis per easdem litteras potestatem et principale mandatum transigendi componendi compositionem fide et pena confirmandi prout in litteris procuratoriis antedictis plenius continetur pacificatum seu compositum extitit quantum ad tempus dicti Galteri in modum qui sequitur. Videlicet quod omnes fructus decimales crescentes de cetero in clausis terris dicte elemosine et campo antedictis apportabuntur singulis annis ad granchiam communem existentem in eadem parrochia de quibus fructibus dicti religiosi percipient et habebunt duas partes et dictus presbiter tertiam partem. Et idem presbiter percipiet et habebit videlicet omnes fructus decimales crescentes in novis essartis antedictis a quadraginta annis et cirea. Hanc autem compositionem superius expressam promiserunt videlicet dictus Galterus pro se et dictus procurator nomine ditorum religiosorum fide media et sub pena quadraginta librarum turonensium solvendarum parti observanti compositionem predictam a parte non servante eandem se inviolabiliter observante et se contra eandem non venturos In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum curie nostre ad instanciam

partium duximus apponendum. cuius scripti copiam utrique parti dedimus ad instanciam earumdem. Datum die iovis post Magdelenam anno Domini m°. cc°. sexagesimo primo.